Marbio 22 (107)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

RANCISCUS SFORTIA Vicecomes. Dux Mediolani &c. Papie Anglerieq comes, ac Cremone dominus. Facta alias concessione per nos infranominatis Nobilibus, et antecessoribus suis de cosanonetus
de candia: et dela villata, videlicet pagano filio quondam d. Ricardi: Nicolao augustino eius nepoti: Ludouico iohanni. Martino: et Matheo fratribus filijs quondam et heredibus d. Bartholomei:
francono filio quon: et heredi d. Antonij. Guidatio filio quondam et heredi Francischelli. francischello filio quondam et heredi Roffini. d. Francisco filio: et heredi quondam Raymondi
Raymondo filio quondam et heredi qualterij. Lancialoto et Petro filijs quonda et heredibus d. Augustini. Thome. Antonio: et Iohanni fratribus filiis et heredibus d. Dominici: Dnico
et Ludouico fratribus filijs quondam et heredibus d. iacobi: Antonio filio quondam et heredi d. Firiatii. Christoforo. Dominico et vasino fratribus filijs quondam Antonii: per quam
restituimus eos ad pristinos honores dignitates: honorantias: actiones: res. famam: iura: et bona sua: et maxime ad bona iacentia in locis Candie: et villate. Cum inter coetera essent etiam
in possessione, vel quasi ijdem Nobiles percipiendi datia panis vini et carnium ac pedagium locorum ipsorum: et intratam portus existentis super flumine Sicide: que ex eoru privilegijs
siue concessionibus sibi pertine ptendebant: Contigit vt orta et secuta differentia inter .. Agentes pro camera nra ex vna parte: et eosdem ex altera parte: in qua ex latere camere
nre allegabatur q eiusmodi datia panis vini: et carnium: pedagiumq: ac portus camere nostre spectabant: non autem dictis Nobilibus, commiserimus differentiam ipas respectu
dictorum datiorum: et pedagii ac portus spectabili Militi domino Thome de Reate consiliario nro: et generali Reuisori intratarum nrarum: qui per ea que factis investigationibus
possibilibus intellige potuit: non reperiens tunc aliud in oppositum per sententiam suam adiudicauit: eadem datia. pedagium et portum memoratis Nobilibus compete et pertine:
Verum post latam dictam sententiam [illegible] fuerunt quedam [illegible] ex quibus apparet datia ac pedagia et portum [illegible] quibus supra consuevisse ac in locis Cremide
incantari: et vendi nomine camere [illegible] quondam felicis recordationis dni Iohannisgaleaz primi Ducis: ita vt indubie constet q ad cameram nram pertineant. Nos igitur sic sua
dentibus fide et deuotione Nobilium ipoz erga nos et statu nrm: volentes nostram erga se liberalitatem nonminus q alias in prima concessione fecerimus extende, etiam si dicta
datia panis: vini: et carnium Candie: et villate, cum pedagio: et portu villate ad cameram nram iure debito spectarent: vt quouis alio iure pertinerent: Eisdem Nobilibus
harum serie motu proprio: et ex certa scientia: ac de nre potestatis plenitudine concedimus. donamus: et impartimur facultatem [illegible] decetero et in perpetuum intratam
portus: ac exigendi pedagium et datia tam dicta panis. vini: et carnium: Aliquibus statutis: decretis. ordinibus vel alijs quibuscumq in cotrarium non obstantibus omnem
defectum requisite insinuationis: et cuiuscumq alterius solemnitatis iuris: et facti [illegible] ad predicta supplentes, ex eadem nre potestatis plenitudine: Ita tn q hec vtilitas iter
Nobiles ipos remaneat. et diuidatur his portionibus: quibus in pntiaz gaudent secundum ordinem estimi sui: Non possitq in alios modo aliquo transferri extra eoru agnationes
siue p viam contractus inter viuos: siue per viam vltime voluntatis: vel alio quocumq modo: Mandantes. Regulatori: et Magistris intratarum nostrarum ordinariarum et extra-
ordinariarum. ceterisq. Magistratibus ac officialibus: ad quos spectat. et spectabit quomodolibet in futurum: quatenus has nras concessionis lras obseruent: et faciant inuiolabilit
obseruari. In quorum testimonium pntes fieri iussimus: et registrari: nrique Sigilli appensione muniri. Dat Mediolani die quartodecimo Ianuarij Mcccc Lxmo secundo.

~ Consignatum et ptatum fuit Mcis dnis
commissarijs deputatis die x maii

~ Consignatum Ill. et Mag. dnis deputatis
armate die sexto martii 1518 mo pmo

~ A. [illegible]

462

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1856498190-14/fragment/page=0001

Morbio 22 (107)

10 [illegible] 1462, 14 Iunii
Franciscus Sforza
3a [illegible]
[illegible]

XXIX 102

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1856498190-14/fragment/page=0002